



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

251. Sabbato. Quomodo Beata Virgo in his excelluerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Sabb. Domin. II. post Pentecost. 449

tionem adfert: videndum igitur, quomodo ea, quæ ad Deum spectant, peragam: ex unione enim cum DEO majori, virtus sine fine crescit.

MEDITATIO CCLI.

Sabbato Domin. II. post Pentecost.

*Quomodo B. Virgo in his ex-
celluerit*

Aspiciam B. Virginem omni armaturâ fortium instructam, utpote Virtutum Reginam, cõtra omnes hostilitates munitam. Petam sub ejus auspicio bella Domini gerere.

Conf. 1. Si unquam tentata fuit Virgo SS. (quemadmodum legimus tentatum Christum D.) sic fuisse tentatam, ut verum esset, quod de D.V. loquitur S. Aug. Lib. de nativ. & grat. c. 36. *Perfectè vicit peccatum.*

Conf. 2. Memoriã repetendo tentationes meas, an & ego perfectè vicerim peccatum? Si vici, quid retribuam Domino? quòd si victus, quas ob causas? resurgam fortiùs, & instrumenta virtutum contra earum obices assumam, quibus sensi me maximè juvari.

Conf. 3. Debilitatem meam, qui ampliùs, quàm septies labor. Itaque recurram ad B. Virginem, ut scapulis suis obumbret mihi, orando secundo, vel tertio modo,

Sub tuum presidium.

MEDI-